BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 104r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in meridie. Si enim induci in nubes. penetrare plenitudinem lu
minis. irrumpe claritatis abyssos. & lucem habitare in accessibile. nec
temporis et hui nec corporis. Id tibi innouissimis reseruat cum te
mihi exhibuero gloriosam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi.
An nescis quidiu uiuis in hoc corpore. peregrinaris a lumine. Quomodo que
nec dum tota pulchra es. idonea te existimas uniuersitate pulchri
tudinis intueri. Quomodo denique queris me in mea claritate uidere. que
ad huc ignoras te. Nam si te plenius nosses. scires utique corpore quod
corrumpitur aggrauari. nullatenus posse attollere oculos & figere in
illu fulgore. in quem prospicere angeli concupiscunt. Et erit cum appa
ruero quod tota pulchra eris sicut ego pulcher sum totus. & simillima
mihi. uidebis me sicuti sum. Tunc audies. Tota pulchra es amica mea
& macula non est in te. Nec ut & si ex parte iam similis. ex parte tam
dissimilis. cauenta esto ex parte cognoscere. Te ipsam adtende & attiora
te ne quesieris. & fortiora te ne scrutata fueris. Aliquin si ignoras
te o pulchra inter mulieres. nam & ego te duco pulchram sed inter mulie
res. hoc est ex parte. Cum autem uenerit quod perfectum est. tunc euacuabitur quod ex
parte est. Si quid ignoras te. si que secunt dicta sunt. & non oportet
iterum dici. Miserere me de duplici ignorantia ututur disputaturum.
si quo minus impleisse uideor. date uenia uolenti. Nam uellem ad
iacet michi proficere autem non inuenio. in quantum sua benignitate ad
uram edificationem largiri dignabitur sponsus ecclesie ihesu apud dominum nostrum
qui est benedictus in secula seculorum.

Sermo 39

De curribus Pharaonis, id est diabolis, et de principibus exercitus, qui sunt, malitia, luxuria, et auaritia.

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te
amica mea. Ante omnia in his uerbis libenter accepimus
typum ecclesie in patribus precessisse. & nrem sacramentum salutis per
ostensa esse in earum isrt de egypto. geminoque illo admirabili maris
obsequio. & trinitatem scilicet populo dantis & ultionem de hostibus. Baptismu
grem eundem exprimit. saluantur homines & omnia submergentur.
Omnes inquit sub nube fuerunt. & omnes in moyse baptizati sunt in
nube & mari. Si oportet consequentia sic solemus signare uerbo